






VI
LEONAR
BRUNI
DE
STUDIIS
EC.
81
INCUNABULI
L
5
19
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze










BIBLIOTECA
NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

Vcas Antonius Fortunatus ·
nobili ac pclaro iuueni Andree
Ricasulano Salutem · Reuolué
ti mihi nuper codices quosdam in ma
nus deuenit libellus: quem de Studiis
et litteris · ad Illustrem dominam Bap
tistam de Malatestis doctissimus atq;
eloquentissimus uir Leonardus Arre
tinus conciuis noster elegátissime con
scripsit: qui tantopere mihi placuit tū
uerborum elegantia: tum sententiarū
copia ut imprimendū dare omnino de
creuerim quo et ego pro uirili parte p
dessem studiis operam dare uolétibus
At cum cui potissimum dedicandus
esset etiá atq; etiá cogitassém: Tu unus
Amice suauissime electus es et mihi ui
sus inter ceteros amicos dignus quez
hoc potissime donarem munere · Qua
re hunc libelluz libenti animo subscipi
as te plurimuz rogo ipmq; sepe legas
hortor Sic enim mihi psuadeo te non
mediocrem ex ipsius crebra lectione
fructum cōsecuturū · Vale · mi iocūdis
sime Andrea et me sempamà · Ex Vr
be pridie Nonas Aprelis Anno Salutis
cristiane · M · CCCC · LXXVII ·

Leonardi Aretini de Studiis et Litteris Ad Illustrem Dominam Baptistaꝫ de Malatestis liber incipit foeliciter.

OMPVLSVS. Crebro rumore admirabilium uirtutū tuaꝝ scribere ad te īstitui Ut ingenio illi de quo tā āpla magnificaq3 audissem. uel gratularer Iā perfectionē consecuto uel certe ad eā cōsequēdam per meas licteras cohortater. Neq3 enī desunt mihi clarissimarum mulierum exēpla que et licteris et studiis et eloquentia claruerunt per quam commemorationem te prouocare ad excellentiam possim. Siquidem Cornelie Scipionis Africani filie multa secula post eius mortē extabant epistole elegātissimo stilo perscripte et Saphos poemata et libri summo In honore apud grecos habiti sūt. Aspasia qdē ꝑ Socřtis tēpora fuit doctissima mulier. et eloquētia licterisq3 excellens a qua Socratem philosofum tantum se didicisse. quedaꝫ nō pudeat cōfiteri. Fuerūt et alie quas



referre possum. Sed tamen hec tria sa
tiè rio famosissimarum feminarum ex
empla retulisse. Ad illaꝝ igitur presta
tiam queso mentem erige atqꝫ extolle
Tantam enim intelligentiam ac tam sin
gulare ingeniú nec frustra tibi datum
nec mediocribus cótentú esse decꝫ. Sꝫ
ad summa ispectare atqꝫ adniti. Et tua
quidem laus illustrior erit q̃ illaꝝ fuit
Propterea quod his seculis floruere i
quibus eruditoꝝ hominuꝫ magna sup
erat copia aut multitudo ipsa minueret
admirationem. Tu autem his tempori
bus florebis in quibus usqꝫ adeo ꝑlap
sa studia sunt ut miraculi iaꝫ loco habe
atur uidere uirú nedú feminam erudi
tam. Eruditionem aút intelligo nó uul
garem istam et perturbatam: quali utú
tur hi qui nunc theologiam profiten
tur. Sed legiptimam illam et ingenuaꝫ
que licterarum peritiam cum rerum
scientia coniungit. Qualis in Lactantio
firmiano. Qualis in Aurelio augustino
Qualis in Ieronimo fuit. Summis pro
fecto theologis ac ꝑfectis in litteratu
ra uiris. Núc uero qui eá scientiá ꝑfité
tur pudendú est q̃ parumꝑ sciant litte
rarum. Atqꝫ ego licet nó ea qua uolui

Ianua ingressus sum. Prosequar tamen
sermonem. non quo te doceam aut di
rigam. Puto enim te nō indigere. Sed
quo tibi quid ipse sentiam innotescat.
Homini quidem ad excellentiam illam:
ad quā ego nūc te uoco cōtendenti. in
primis necessariā puto nō exiguā neq
uulgarem Sed magnā et tritam et ac
curatam et reconditam litterarū peri
tiam siue quo fundamento nihil altum
neq magnificum hedificare sibi quisq
potest. Nam neq doctorum hominū
scripta satis conspicue intelliget qui nō
ista peritia fuerit eruditus. Nec ipse
siquid licteris mandabit poterit non
ridiculus extimari. Ad hanc autem cō
parandam tum preceptio ualet: tum
nostri multo magis diligentia atq cu
ra. Et de preceptōe quidem uix quicq
attinet dicere. Quis enim nescit ante
omnia tritum esse oportere ingeni
um et quasi initiatū preceptoris ope
ra ut non solum partes structuramq
earum. Sed etiam minutiora illa ac ue
lut elemēta oratōis agnoscat. Verū hec
tāq somniātes in pueritia capimus Po
stea uero ad maiora prouecti nescio
quomō hec ipa ad os reuocamus et qi

ruminamus ut tunc demum illorum
fucus Saporq; uerus exprimatur. Est
Aliud genus preceptionis robustius
Nec tam pueris q̄ adultis per utile eo
rum scilicet qui grammatici appellan
tur qui longo labore singula persecuti
disciplinam quandam licterarum esse
cerunt quo in genere Seruius honora
tus et Priscianus Cesariensis haberi
possunt. Sed omnia. mihi crede supe
rat et uincit diligentia nostra. Hec eni
non uerba solum et Sillabas. Sed tro
pos et figuras et omnē ornatum pul
critudinemq; orationis aperit nobis
atq; ostendit. Ab hac informamur ac
uelut instituimur. Deniq; per hanc
multa discimus que doceri apceptore
uix possunt Sonum elegantiam concin
nitatem uenustatem. Capud uero hu
ius diligētie fuerit uidere primū ut in
eorum tātum librorum qui ab optimis
probati s̄missq; latine līgue auctoribus
scripti sunt lectione uersemur Ab im
perite uero ineleganterq; scriptis ita
caueamus quasi acalamitate quadam
et labe ingenii nostri. Inquinate enim
Ineptēq; scriptorum lectio uitia sua
lectori affigit et mētē simili coiquinat

tabe . Est enim ueluti pabulum ani
mi quo mens imbuitur atq; nutritur.
Quamobrem hi qui stomaci curã ha
bent non quem uis cibũ illi infundunt
Ita qui sinceritatem animi conseruare
uolet non cuiusuis lectionis illi pmit
tet . Erit igitur prima diligentia ut
nihil nisi optimum probatissimũq; no
bis acri iudicio assistamus . Videat le
gens quo quidq; loco sit positũ : quid
signent singula et quid ualeant : Nec
maiora tantum Sed minutiora discu
tiat . Cumq; plures sint orationis
particule que sit unusqsq; de scola co
gnoscet : consuetudinẽ certe et usum
illarum ab his quos leget auctoribus
reportabit . Siue igitur sacris libris
delectabitur mulier . Sanitatem in lit
teris seruatura Augustinũ sibi assum
met et Hieronimum et siqui sunt alii
non dissimiles ut Ambrosius ut Cipri
anus cartaginensis . Maxime uero in
ter omnes qui de cristiana religione
umq̃ scripserunt enitet et excellet ni
tore quodam et copia Lactantius
firmianus uir omnium cristianorum
proculdubio eloquentissimus cuius fa
cundia et dicendi figura ingeniũ illud

de quo loquor pclare Instituere atqꝫ alere potest. Probant huius maxime eos libros quos aduersus falsam religionem cõscripsit. Item quos de ira dei et de opificio hominis: quos lege queso si licteras amas. eorũqꝫ suauitate q̃si ambroxia et nectare imbuaris. Siqua preterea uel de gregorio nazãzeno uel de Iohanne Crisostimo uel de magno Basilio grecis doctoribus translata sunt ea legas censeo mõ qui tradunt in latinum conuerterint illa non autem peruerterint. Si uero secularibus delectetur Tullium arripiat quem uirum deus immortalis quãta facundia quanta copia quam perfectum in licteris q̃ In omni genere laudis singularem. Proximus huic Virgilius erit decus et delitie licterarum nostrarũ. Liuius deinde et Salustius et alii poeteqꝫ suo ordine prosequẽtur. His se maxĩe imbuet atqꝫ alet curabitqꝫ diligẽter ut quotiẽs ei uelloquendũ sit aliquid uel scribendũ nullũ ponat uerbũ quod non in aliquo istorum ante repererit quin etiam concenta interdum uoce legere iuuabit. Sunt enim nõ in uersu mõ sed soluta

In oratione numeri quidam et ueluti concentus auriū sensu dimensi et cogniti· flexiōesq; et gradus aliqui ut mō sedimittat uox modo attollat colatq; comeata et pedioli mira concinnitate inter se cōnexa que in optimo quoq; scriptore maxime apparet· Ea igitur cum alte leget manifestius deprehendet· · replebitq; aures ueluti armonia quadam quam et sentit postea scribēs et inuitabitur · Illud preterea ex hac lectione cōsequetur ut uerba suo tpe proferat: neue properet: cum imorandum sit: neue imoretur cum p̄operandum · Volo insup ne sit scribendi ignara·nec nunc de digitoꝝ motu quāq̄ et ipsum laudo si cui adsit: Sed nō de illo nunc Sed de licteris et sillabis · Teneat igitur quomodo quicquid scribendum sit·queue sit natura licteraꝝ et quasi in alteras transitio·que coire inter se lictere possint: et que in propinquum nequaq̄ uenire patiātur·hec enim res quanq̄ pusilla magnū tamen affert inditiuȝ discipline nostre et manifestam detegit ruditatē·Illud quoq; decātatū et cognitum habere opportet · Quāta sit unaq̄q; sillabaꝝ·hoc est·

Longa an breuis an alterutra. Est enim necessaria cognitio tũ quia mul ta incidunt que aliter intelligi non possunt: ut illud Virgilianum. Om nibus in morem tonsa coma pressa corona et milia huiusmodi. Tum quia feditas est summa homini sibi litteras arroganti: ne sillabas quidem tene re presertim cum non contemnenda pars litterarum uersibus constet. Versus autem pedibus. pedes uero longitudine breuitateq; sillabarũ quas qui nõ tenet: quid ipse in eo genere de se polliceri aut quẽ gustũ in poetis ha bere possit: nõ equidem intelligo. In prosa quoq; orõne eadẽ ista cognitio scribenti dictantiq; necessaria uidetur Neq; enim simili modo sentit. Prete rea soluta in oratione pedes non in sunt: Sed quod delectat aures quod sono demulcet inde est. Refert enim permultum ut Aristoteli placet a quo pede incipiendũ sit et in quem finien dum. In mediis autem qui recipiendi sint pedes et qui reiciendi. Itaq; pro bat ille quidem peona maxime. Is autem est duplex. Aut enim ex longa quam tres breues subsecutur. Aut ex tribus

breuibus et Longa postrema. Nunc uitimum ille Clausulis aptum Putat. Pri cipiis Vero primum conuenire. In me diis quoque nunc ipsum pedem Quáop time cadere. Dactilum Vero ac Iam bum reicit Alterum ut elatum nimis. Alterum ut depressum. Cicero Autē Ditrocheum probat maxime quiest ex duobus Trocheis et Choriabū quiest ex longa et breui. Breui et lōga et Pe ona illum de quo supra dixi. In mediis autē Si demisso humilique sermone uta mur. Iābū maxime couenire putat. Si ampliore Dactilū uel Peona uel Ionicū qui est ex quatuor sillabis duabus bre uibus et duabus longis quem cunctis etiam inpartibus apte cadere existi mat. Nec dubium est alios inconten tionibus pedes Alios dū narramus ali os dum cōquerimur esse frequētādos Ita eni et cōcitatio animi spōdeū repudi at Nihil eni nisi properū ac rapidū amat Contra Vero dū aut narramus aliquid Aut docemus moram et stabilitatē ser mo deposcit. Itaque pedes nō amat qui procliuiter. Omnis igitur oratio pedi bus suis cōmouēda erit quos si ignoret scribēs uelut intenebris ābulet necesse

est nullo certo ductu· S3 fortuito gra
diens· Erunt fortasse quamplures qui
bus mea ista cura nimis anxia uideatur
Sed meminerint me de ingenio loqui
magno et summa omnia de se pollicen
ti· Quare mediocres incedant uel rep
tent potius ut possunt . Ad summum
certe nemo perueniet qui non fuerit
horum omnium et usu tritus et disci
plina imbutus· Deniq3 hec mea de litte
ris sententia est nihil ut ignoret quod
in usum uenire soleat et propterea ni
torem elegantiam delitiasq3 omnes in
oratiōe sectetur· Sitq3 illi ad omne ge
nus scribendi modus quidā et ornatus
et ut ita dixerim habūdantissima domi
suppellex quā promat cu3 opus sit et
in lucē educat· Et quoniā eruditione3
legiptimam ex peritia licterarū et sen
tentia rerū constare diximus· et quid
de licteris nobis placeret ostēdimus·
Addatur nūc sane illa pars que ad sci
entia3 pertinet· Volo igitur huic inge
nio quod summa mihi omnia de se re
promictat ardentissimā cupiditatē ines
se discendi ita ut nullu3 genus discipli
ne aspernetur· Nullu3 a se alienum exi
stimet : rapiatur incensu3 mirabili auidi

tate · Ad intelligẽtiam ergo et cognitio
nem rerum · Huic ergo et ardenti per
se et incitato partim stimulos adhibe
bo · et meo insuper clamore adhorcta
bor partim frenos incutiam ac ueluti
receptui canam · Sunt enim disciplina
rum quedam in quibus ut rudẽ omni
no esse non satis decoꝝ · Sic et ad cacu
mina illarum euadere nequaq̃ glorio
sum ut geometria et arismetricha · In
quibus si multũ temporis cõsummere
pergat et subtilitates omnes obscurita
tesq; rimari · retraham manum atq; di
uellam · Quod idẽ faciam in astrologia
Idem fortasse in arte rhectorica · Inui
tior de hac postrẽa dixi · Quoniã si quis
quam uiuentium illi afectus fuit me
unũ ex eo numero esse profiteor · Sed
multarum rerum habenda mihi ratio
est et In primis cui scribam uidendum
Quid enim statuũ subtilitates et epiche
ramatum cure et illa que apellantur
crinomena et mille in ea arte difficul
tates mulierem conterant · que numq̃
forum sit aspectura · Iam uero actio illa
artifitiosa quam greci Ipocrisin nostri
uero pronuntiationẽ dixere · cui et De
mostenes primas et secundas et tertias

tribuit ut actori necessaria ¶ Ita mulie
ri nequaq̃ laboranda que si brachium
iactabit loquẽs. Aut si clamorẽ uehe
mentius attollet uesana cohercendaq̃
uideatur ¶ Ista quidem uirorum sunt
ut bella ut pugne. Sic etiã fori cõtẽctio
nes atq̃ certamina. nõ igitur ꝓtestibus
neq̃ cõtra testes dicere adiscet mulier
neq̃ ꝓ tormẽtis aut contra tormenta
neq̃ ꝓ rumoribus atq̃ cõtra rumores
nec se comunibus locis exercebit nec In
terrogationes bicipites aut respõsio
nes ueterторias meditabitur. totã deiq̃
asperitatẽ fori uiris reliquet. Quando
igitur calcaria adhibebo. quãdo currẽ
tẽ Incitabo. cũ illis sese dedet. que ad
religionẽ diuinã aut ad bene uiuendum
ꝑtinẽt. Tunc se diffundat. tũc animum
applicet. tunc die noctuq̃ insistat. obse
crabo. de q̃bus etiã singulatim dicere
haud quaq̃ pigebit. Primũ igitur sacra
rum licterarum cognitionẽ sibi acquirere
studeat Cristiana mulier. Quid enim
prius illi suadeã. Multa de his acq̃rat
multa disceptet. Multa Sciscitetur. Sed
ueteres illarum amet scriptores. Nouos
uero istos si boni sunt uiri honoret illa
quidẽ ac ueneretur. Ceterũ nõ nimiũ

scripta eorum actingat. Quid est eniꝫ
quod litterata mulier ab augustino dis
cere non possit: ab istis aut possit. Pre
sertim cum ille afferat orationem eru
ditam et auribus dignam. Isti nihil affe
rant cur legi mereantur. Nec sacris
licteris contentaꝫ esse uolo. Sed ad se
cularia traducam studia. Videat quid
de his que pertinent ad beneuiuendū
excellentissima philosoforum ingenia
tradidere que de continentia: de tem
perātia: de modestia de iustitia: d̄ for
titudine: de liberalitate. Nec ignoret q̄
sit de beata uita illoꝝ sentētia. Nūquid
uirtus ipsa satis sit ad beate uiuendū.
An tormenta et carcer et exilium et
pauptas illā impediat et si hec felici ac
cidant nunquid miserum faciāt an aufe
rant solū felicitatē. Miseriā uero haud
quaq̄ inducāt. Preterea an uoluptate
uacuitateq; doloris felicitas consistat
humana ut epicuro placuit. An in ho
nesto ut zenoni an in usu uirtutis ut
Aristoteli hec mihi crede p̄clarissima
sūt et dignissima cognitōe nr̄a: Nec ad
uitā solū dirigendā utilitatē afferunt.
Veꝝ etiā in omni sermone admirabilē
quādā tū dicēdi tū scribēdi suppeditāt

copiã hec igitur duo quorum alteruz ad religionem: Alterũ ad bñ uiuenduz spectat tamq̃ precipua illi preposita e runt. Cetera uero ad ista referuntur que possint hec ipsa uel adiuuare uel quasi ornatum quendam illis afferre. Protinus enim excellentia hominis illa admirabilis que uera inclitum fama no men extollit non nisi ex multarum ua riarumq; rerum fit cognitione. Itaq; multa legẽdo et discendo undiq; carpe accumulareq; oportet. cunctaq; omni fariã scrutari atq; rimari und̃ nobis ad studia nostra aliq̃ sit ꝓuentura utilitas Sed sit apud eã electio diligens et cir cũspecta temporis impensio ut potio ra semꝑ cõmodioraq; ꝓponat. Placz er go ad studia illa de q̃bus supradixi: In ꝓmis istorie cognitõez adiũgere studi osis hominibus nullo mõ negligendaz est enim decorũ cũ proprie gentis ori ginẽ et ꝓgressus tuz liberoꝝ populoꝝ regumq; maximoꝝ et bello et pace res gestas cognoscere. Dirigit enĩ pruden tiã et consiliũ ꝑteritoꝝ notitia exitusq; similiũ ceptorum. Nos pro re nota aut horctantur aut deterrẽt. Preterea ex emploꝝ copia q̃a plerũq; illustrat̃ dcã

nostra opportet non aliunde q̃ ab isto-
ria commodius sumnetur Est etiam
genus scriptorũ in ea quidẽ parte egre
gium sane ac precellens omniq; ornatu
nitoreq; ꝑpolitũ quos etiam ad usum
litteraꝝ legere operepretium sit. Li
uiũ dico et Salustiũ tacitũq; et curtiũ
et in ꝑmis Cesarẽ ipsum res gestas su
as comẽtariis summa felicitate uẽusta
teq; explicãtẽ. hos igitur et leget Muli
er summe spei et sibi acqrer̃ ꝑget: Pre
sertim cuz eos ꝑdiscere ludus sit. neq;
enĩ subtilitas ulla in illis eruenda est aut
q̃stio enodãda. In narratione enim reꝝ
facillimaꝝ õnis cõsistit uersaturq; isto
ria Quã si semel arripuerit ĩgẽiũ illud
de quo loquor ꝑpetuo eꝰ mẽorie cohe
rbit. Ortores quoq; haud lẽger̃ ñ negli
gat sua debo. Quis. n. aut uirtutes tolle
re ardẽtius aut uitia fulmiare atrocius
solet. Ab his et laudar̃ bñ fcã et dtesta
ri facinora addiscimus. Abhis cõsolari
cohortari. ĩpeller̃ abstĩer̃. que licet om
nia a philosofis fiãt tamẽ nescio quomo
do et ira et misericordia et õnis animi
subscitatio ac repssio ĩpotestate est orto
ris. Iã uero illa uerboꝝ Sẽtentiaꝝq; or
namẽta que tamq̃ stelle quedã et faces

orationem illuminant et admirabilem reddunt instrumenta oratorum sunt que mutuabimus ab illis scribentes lo quentesq; et in usum nostrũ cũ res po scit uertemus. Deniq; omnem opulen tiam uerborum: omnem dicendi uim et quasi ornatum omnem orationis ut ita dixerim uiuacitatem et sanguinem ab istis summemus: poetas īsuper ut legat et ītelligat uolo. Quem enim sum morum uirorum expertem huius co gnitionis fuisse uidemus: Aristoteles certe Homeri: Esiodi: Pidaris: Euripi dis ceterorum p̄ poetarum uersus fre quentissime ponit: tenetq; oēs memo riter et facillime reddit ut appareat il lum non poetarũ fere minus q̃ philoso forum studiosum fuisse: Apud Plato nē quoq; poetarũ usus frequētissimus est: occurrũtq; illi ubiq; atq; ultro se offerũt: Auctoritate illorũ sua sepe cō firmat. Dixi de grecis: Quid aũt nr̄i an Cicero p̄rũ fructus poetarũ cogniti one uidetur assecutus qui nō cōtentus Ennio Accio ceterisq; nr̄is Grecorum insuper poemata in latinũ cōuertit to tosq; libros suos illis refersit: Quid Se neca: durus p̄fecto uir ac seuerus nō

ne et ipe poemata scripsit et totus in
terdum scaturit uersibus · Micto Au
gustinũ: Ieronimũ: Lactãtiũ Boetium
in quibus quanta cognitio poetarũ fue
rit scripta eorum disputataque ostendunt
Mea quidẽ sententia mancbus quodã
mõ in licteris ẽ qui poetas nõ didicit
Nã de uita moribusque pcõmode multa
sapiẽterque ab illis dicta et natur̃ gene
ratõisque pricipia et cãe et q̃si doctrina
rũ oim semĩa in illis reponũtur et inẽ
auctoritas magna ppter opiõez sapiẽ
tie ac uetustatẽ et splẽdor eximius pp
ter elegantiã et ingenuitas q̃dã liberis
hõibus digna ut cũ hec nõ adsit pene
cũ rusticis loqui uideatur · quid home
ro deest quominus in omĩ sapia sapiẽ
tissimus existimari possit · Eius poesim
totã esse doctrinã uiuẽdi quidã oñdũt
in belli tpra pacisque diuisaz et in bello
quid puisio ducis · quid aut astus aut
fortitudo militũ · quod insidiarum genus
uel fauẽdũ uel faciẽdũ: q̃ mõitio quod
cõsiliũ ab eo est ptermissuz Eneas quo
dã plio Troianorum dux grecos magna
ui pulsos i castra rede gerat · Cũ itaque
audacius urgeret ac iã totũ agmẽ ob
iceret castris aduolat ad euz hector

pedetēti circūſpectoq; aggere monet affirmatq; eū qui exercitum ducat nō tam audacē q̄ cautū eſſe debere. Quāti o deus īmortalis ꝑceptū hoc existimā dū eſt ꝑſertim ab hectore audaciſſimo traditum. Id quidā etatis noſtre duces conſilium nō ſeruantes dum audacter magis q̄ caute feruntur. In magnam ſe et ſuos ruinā cladēq; prope miſerabilē coniecerunt. Apud eumdem poetam Iris ad Atridē miſſa cum dormientem reperiſſet corripit illū negatq; dormiendū eſſe uiro cui et populoꝝ ſalus commiſſa ſit et tantarum rerum incunbat prouiſio. hoc rurſus q̄ ſapiēs ē ſiue preceptum ſiue cōſilium ſiue monitionem appellare mauiſ Quid Socrates aut Pictagoraſ aut Plato maius Imperatori conſuleret. aut Sāctius. Decē milia ſunt modi eius poete ī bello q̄ referrem perlibens niſi uererer prolixitatē. In pace autem alia rurſus nec pauciora. nec minus egregia. Age uero ne cūcta ad hōiné grecoſq; referātur. Maronis noſtri ſapiētia q̄ multi faciēda eſt. Cū tamq̄ ex oraculo quodā abditoq; natur̄ illa reuelat. Principio coelū ac terras cāpoſq; liquētes. Lucēq; globum lune titaniaq;

astra spiritus intus alit: Totos diffu
sa per artus. Mens agitat molē et ma
gno se corpore miscet. Inde hominū
pecudūq genus uiteq uolantū et q
marmoreo fert mōstra sub equore po
tus. Igneus est illis uigor et celestis o
rigo semibus et reliq. que cū legimus
quē philosofum non contēnimus. aut
quisq de natura animi tā enucleate sci
enterq locutus est. qui cū idē poeta
q̄si deo plenus uaticinatur par ate sal
uatoris aduentū dicēs. Vltima cumei
uenit iā carmis etas. Magnus ab inte
gro seculorū nascitur ordo. Iā redit et
uirgo et redeūt saturnia regna. Iā no
ua progenies celo dimittitur alto. Mē
tē diuinā inesse poetis sapiētissimi uete
rū tradidere uatesq iñ nūcupātur. qđ
nō tā ex se q̄ cōcitatōe q̄dā aī afflatu p
diuino loq̄rentur. Quaq̄ Virgilius ad
cumanā hic sese refert Sibillā quā ad
uentū xpi p̄dixisse lactātius probat.
Sibilla igitur aduentū xpi uaticinata ē
Tēpus uero quo is uēturus foret nō
satis aperuit. Virgilius aūt multa post
Sibillā natus secula: uenire iam id tem
pus recognoscit nouāq progeniē celo
dimitti uelut admirabūdus stupēsq de

nuntiat et negant quidá poetas esse le
gendos. Diuinú ut uere dixerim lráꝝ
genus quod tamen hi sibi facere con
sueuerút: qui nulla ipsi pollitiore disci
plina imbuti neqꝫ intelligunt pstantiaꝫ
ullá in licteris neqꝫ existimát. mihi ue
ro studia hec nra intuenti i primis ne
cessaria uideri solet poetaꝝ cognitio.
tú propter utilitaté d qua supra dixi
uariáqꝫ multaꝝ reꝝ notitiá. tú ob ser
mõis excellentissimú nitoré. Preterea
nihil est éx omibus studiis qd minus
nobis auferat tpis. Ná addiscuntur in
pueritia cum aliis fere uacare nõ pos
sumus et inherét memorie ob rotun
dam concinnitatem et peregrinantur
una nobiscum et sine libris ultro re
cursant ut uel aliud agens hoc etiam
agas. Quanta uero sit nature ipsius
ad poeticam conuenientia uel ex hoc
patere arbitror quod uulgo ineruditi
homies q̃uis licteraꝝ doctrine pexp
tes tamen si ingenio ualét ea ipsa qua
possunt ruditate sonitus quosdá et ri
thmos efficere delectatur et si queát
illa eadé solutis uerbis dicere cõmodi
us. tamé ita demú aliquid dignú audi
tu se perfecisse putant. si illa numeris

rithmisq; incluserint. Quin etiam ipsa missarum sollemnia quāq̄ omni studio perpolita sint tamē cū aguntur in templis dormitare nōnunq̄ animus noster obscitareq; uidetur. At eni si inter ista corus poetica illa decantet. Primo dierum omnium uel Iste confessor. uel ut queant laxis resonare fibris. cuius usq; adeo mens humi depssa est ut nō eleuetur aīmus et q̄si suscitetur Exquo opinati sunt quidam antiquoꝝ animū nostrū armoniam esse et numeꝝ Quonīā exploratū sit cūcta secundum naturā simili cognatoq; maxime gaudere. Nichil est oīum quo animus noster tātū demulceatur et gaudeat quātū; armonia et numero Sed hec maiora q̄ Secundū ꝑsēs. tātū illud itelligi uolo nos natura magis a poeticā duci q̄ ad aliud genus licteraꝝ et esse ea utilitatē plurimā et delectatōē et īgenuitatē cu9 qui expers mīn' liberaliter eruditus uideatur. Prolixiorē i hac parte me fuisse intelligo q̄ ego ipse abinitio proposuerā Veꝝ ubi iceperis ita multa occurrūt ut difficile sit re cere quod ultro se offert q̄ reperire quid dicas. feci ꝑterea non inuitus. quod pricipē familie uestre si

hec forsan audierit in hac quidē parte refragaturum esse sciebam uirum ad omnia summa natū et multis magnisqꝫ uirtutibus precellētē: Sed ita pertinacem idisputādo ut quod semel dixerit semper defēdat. Is ergo quia quādoqꝫ negauit poetas ēē legēdos usqꝫ ad mortem hunc errorē prosequtur. Sed nolo cum eo scriptis p̄sertim cōtendere cui etiā absenti reuerētiā debeo. Sed ab alio quodā istorum qui poetas insectātur p̄libenter quererē que nam sit causa cur legendos non putēt quicū nihil plane sit quod iputare illis queant: Dicēt tamen quia amores et flagitia in illis reperiuntur. Ego uero affirmare ausim in nullis scriptoribus tāta pudicitie bonarumqꝫ reꝝ exēpla reperiri qui ita in poetis. Nā et penolopes erga Vlixē fidelissima castitas et Alcestes in Almetū icredibilis pudicitia et utriusqꝫ admirabilis cōstātia in absentiis calamitatibusqꝫ maritoꝝ et multa huiusmōi ī poetis legūtur Maxima documēta uxorie discipline quod siquādo aores descributi ut phebi et Dapnidis. Vulcaniqꝫ et ueneris. qsusqꝫ adeo hebes est ut nō fictas res et aliud pro alio significātes

intelligat. Denique ista que tu damnas per pauca sunt. Optima uero permulta et dignissima cognitu ut de Homero et Virgilio supra ostendi. Est autem perque Iniustum eorum que uere laudis sunt obliuisci. Meminisse uero illorũ que causam aliquam prebeant insectandi. Nolo ista misceri dicit mihi seuerus quidam potius relinquã bona malorum metu quam spe bonorũ mala incurram. Ita quod nec. ipse legam poetas nec aliis ut legant permittam. At plato et aristoteles legebat quibus si te aut grauitate morum aut intelligẽtia rerum anteponis nullo modo ferã. An tu te aliquid discernere putas quod illi nõ uiderit. Cristianus inquit sum. illi forsan suo more uixerũt quasi uero honestas grauitasque morum nõ tunc eadem fuerit que nunc est. Aut quasi non hec ipsa uel etiã deteriora in sacris reperiantur libris. An nõ ibi Sansonis amores pene insani et Robustissimũ uiri caput gremio muliercule inpositũ et fortitudinis detõsos crines. An non hec poetica An nõ flagitiosa. Taceo filiarum Loth Scelus infandũ et. Sodomitarum execrãdã obscẽitatẽ quam due me hercle flagitia ego ille qui poetas laudo cõmẽorare

nequaq̄ substineo. At enim Dauit amo
rem in Bersabe et Scelus in Oriam Sa
lomonisq̄ fratricidiuȝ et tam numero
sum concubinarum gregem quorsum
spectare dicemus. An quia hec mala
sunt et flagitiosa et obscena propterea
negabimus sacros libros esse legēdos
nequaq̄ Nec poete q̄dē respuēdi sunt
quia īillis īterdū aliqua ad delectationē
hominū scripta reperiātur. Equidem
siquādo Didonis Eneeq̄ amores apud
uirgiliū lego īgenium poete admirari
soleo. Rem aūt ipsam quia fictam esse
scio nequaq̄ attendere quod idē mihi
accidit in aliis fictionibus poetarum.
Animū certe nō mouent quia fabulosa
et aliud pro alio significantes intelligo
At enim cū illa ī sacris lego quia uera
fuisse scio sepe inflector. Sed ne ꝑtinax
ipse sim placet aliquid deiure remictere
presertī cum ad mulierem scribā. fate
or igitur ut populus in nobilitatē ple
bemq̄ diuiditur: ita inter poetas ḡdus
quosdam esse dignitatis. Siquis igitur
uel a comico nō satis pudico protexitur
uel a satiro uitiū aliquod apertius expro
batur. ne legat hec mulier ne ue īspiciat
Sūt enim ueluti uulgus poetaruȝ. At

enim proceres illos · Virgiliuz dico et Senecā et Statiū ceterosq; huiusmodi nisi legerit · nec summū speret cui hec pars desit · Omnino etenim prestan tia illa d qua loquor nō nisi ex multa rum uariarūq; reruz fit cognitōe · Itaq; multa uidisse legisseq; opportet et phi losophis et poetis et oratoribus et hi storicis et aliis oibus scriptoribus opā impēdisse Sic enī resultat plenū quoddā ac sufficiēs ut copiosi et uarii ut orna ti ut nullā ī re uacui rudesq; uideamur Adhibenda est insup lrāz pitia nō te nuis neq; cōtēnenda · hec enī duo inui cē sese iuuāt: mutuoq; deseruiunt · Nā et lrē sine rez scientia steriles sunt et inanes · et scientia rez q̄uis ingens si splendore careat lrāz abdita quedam obscuraq; uidetur · quid enim prodest multa et pulcra scire · sine loqui de his cū dignitate neq; mandare licteris ni si ridicule possis · Atq; ita ɔiugata quo dammō sunt pitia lrāz et sciētia rerū · Hec duo simul cōiuncta ueteres illos quoz meōriā ueneramur ad celebrita tē nois glāmq; prouexere. Platonē De mocritū · Aristotilē · augustinū et ero nimū · Lactātiū · In q̄bus oibus discerni

uix potest maior ne scientia rerum an
peritia fuerit licterarum. Ut autē ad
extremum concludā. Ingeniuꝫ de quo
mihi omīa de se repromictat his duo
bus structum esse opportere affirmo
horūq́ꝫ cōparandorū gratia undiq́ꝫ le
genda multa et coaceruanda esse. ha
bendū tamen rōnem tp̄ris ut potiori
bus semꝑ melioribusq́ꝫ incumbat. nec
aut nimiū obscuris haud profuturis
occupetur. Religionis et bene uiuendi
studia mihi p̄cipua uideri. Cetera ue
ro omnia tāq̄ adminicula q̄dam ad ista
referri que possint uel adiuuare uel il
lustrare eaq́ꝫ de causa poetis et orato
ribus et scriptoribus inherendum. In
licteris autem prouidendū ut precep
tio adsit ingenua et peruigil solertia.
Nec unq̄ nisi optima probatissimaq́ꝫ le
gamus. Habes meū de litteris studiisq́ꝫ
iuditiū de quibus si forsan aliter existi
mes faciliter cedā. Non enim quasi p̄ci
piens ad te scripsi nō tantū mihi arro
go. Sed q̄si unus de turba erga tuam
excellentiā affectus: cōferre tecuꝫ uo
lui oppinionem meā et currentem ut
aiunt ad gloriam cohortari. Vale.

FINIS.

VLLIVS · Cicero ⁝ Marco Tullio Ciceroni Genitori suo S.P.D. Studeo mi pater tuis obtemperare preceptis postq̄ quoti die per tuas licteras ut circa licterarū ocium sim intentus sollicitum me red dis · Sed ut hoc facilius consequi ualeam non sit tibi molestum per tuas lic teras conpertum facere · Discipuli erga preceptorem quale sit offitium ut decetero haud mihi errare contingat Si huc usq̄ circa eum meum neglexerim offitium · quod mihi fuisse postpo situm haud est dubium · Item nec mi hi minus erit gratū ex te cognoscere qui modus indoctrina assummenda existat et maxime in eloquentia quam summopere consequi cupio · Quam obrem mihi necessarium est · quod ne dum tibi sit molestum · Sed nil libenti us nil dulcius nil iocundius ame tibi potuit iniungi ⁝ Quia ut tibi apertum est · gloria patris filius sapiens · Da tū Athenis Quito Nonas Martii ⁝ Vale

ARCVS Tullius Cicero Tul
lio Ciceroni filio suo·S·P·D·
Quotiés mi fil scire uelis me
iocũde uiuer̃ et ex te dulces fructus
expectar̃ totiés uelis ad me scriber̃ ut
tibi dubia petita apta faciaz·Quia tũc
haud mediocriter te intelligo circa di
uina studia esse sollicitum et ut iam illa
enucleare incipiam sic primum anim
aduerte· Non minus preceptorem
amare habes q̃ ipsa studia·Cum ipse
alter existat pater non dico corporũ
Sed mentium multo magis illis excel
lentium·Libenter uelis audire et dic
tis credere et illi ut similis fras deside
rare et tandem inter alios studentes
te letum et alacrem reddere·etsiquan
do emenderis non te irasci et si laude
ris te inde clariorem studio prebere·
quia preceptoris officium est docere
Discipuli uero est se docilem reddere
cum opus sit·quod si utriusq; uolun
tas adsit nec secus q̃ in filii creatiõe pa
tris et matris consensus q̃ pceptoris
discipuli ꝗ intercedit·nec apte dicere
potes q̃ cõsestim tua eloquẽtia augmẽ
tabitur·Preterea rhetorice artis opus
est quã cũ Aristotele et Isocte et nec

parum cum meis commentariis pote
ris consequi: Adhuc etiam unum aut
plures conuenire habes quos imitari
summopere arbitror necessarium. Po
tissime uero quotidianis exercitationi
bus haud carere uelis sine quibus pa
rum aut nihil poteris consequi. Habes
ergo mi fili illud quod per licteras ame
requisistret si umq̄ preceptis obtempe
rare habes fac sepius a me petas.
Et tunc intelliges te michi fore gra
tissimum: Datum Rome quarto Idus
Aprelis Vale.

ARCVS. Tullius. Cicero. Cu
rioni suo. S. Epistolarū genera
multa esse non ignoras. Sed
unum illud certissimum cuius causa
res ipsa in uenta est ut certiores fa
cere nus absentes. Siquid esset quod
eos scire aut nostra aut ipsorum inter
esset. in huius generis sententiam licte
ras a me profecto nō expectas. Tuarū
enim rerum domesticarū habes et scripto
res et nuntios. In meis autem rebus ni
hil est sane noui. Reliqua sunt episto

larum genera que me magnopere de
lectant · Vnum familiare et locosum
Alterum seuerū et graue: Vtro me mi
nus deceat uti non intelligo : Iocer ne
tecum per licteras · Ciuem me hercule
non puto esse qui temporibus his ride
re possit: an grauius aliquid scribam ·
Quid est quod possit grauiter a Cicero
ne scribi ad Curionē nisi de · R · P · Atq;
in hoc genere mea causa est ut neq; ea
que non sentio uelim scribere · Q uam
obrem quoniam nullum mihi ad scribē
dum argumentum relictum est Vtar
ea clausula qua soleo te ad studiū sum
me laudis cohorctabor · Est enim ti
bi grauis aduersaria constituta et para
ta incredibilis quedā expectatio quā
tu una in re facile uinces si hoc statue
ris quarum laude et gloria adamaris
quibus artibus he laudes comparan
tur in his rebus esse elaborandum ·
In hanc sententiam scriberem plura:
nisi te sponte satis incitatum esse con
fiderem et hoc quicquid actigi non fe
cī inflammandi tui causa sed testifican
di amoris mei · Epistolas enim quoti
dianis uerbis texere solemus Vale ·